



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc. Iesv Theologi

Albertini, Francesco

Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV

Cap. 13. Angelus custos descendit de cælo, & nobiscum, vt sollicitudinem
suam demonstret, versatur in terra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46785)

24 DE ANGELO

qui nunquam excubare destitit pro salute tuâ, & qua ratione Propheta
Isal. 90. loquitur, non tantû duxit ac direxit te, virum etiam portavit in manibus suis, vt nè in cælesti itinere in lapidem desperationis impingeret.

CAPVT. XIII.

ANGELVS CUSTOS DESCENDIT DE CALO, & NOBISCUM, VT SOLLICITUDINEM SUAM DEMONSTRET, VERSATUR IN TERRA.

TAMETSI Angelus per potentiam ac scientiam, quib⁹ pollet, defendere & custodire posset hominem, cõstitutus etiam in Cælo Empyreo: nihilominus vt amor & sollicitudo ipsius circa nos tanto manifestius ostendatur, Cælum Empyreum, locum inquam amœnissimum, & Paradysum incessabilium deliciarû deserit; ad quem quotiescunque redit, vt pfecto creberrimè, redit, vt preces tuas Deo & gloriosissimæ illius Matri præsentet: Interim oculos non deflectit à personâ

tu

tuâ, sed perpetuo vigilat, vt ad minimam quamq; necessitatem tibi opituletur. Atq; hoc designat mystica il-
 scala Patriarchæ Iacob, per quam Angeli, Deo orationes nostras obla-
 turi, ascendebant; & iidem descen-
 debant, ad defensionem nostram, at-
 que vt lictis inde allatis nuntijs ac
 cælesti rore sitibûdas animas oportu-
 nè reficeret. Tali sensu exponit S.
 Hier. textû Proverb *Aqua frigida a-*
uima sitienti bonus nutritus. Quotidie,
 inquit ille, *Angeli de terra Lōgiqua*
hoc est superna patria descendentes in
mundū, in istos vel inter tentationes spe-
cælestiū roborant, vel finitis tentatio-
nū certaminibus ad palmam perpetua
retributionis inducunt. Quocirca ob-
 seruandū Angelos quantumuis in
 inferioribus hisce nobiscum agant,
 vt accuratius Clientes suos custo-
 dian, & nostri causâ relinquunt
 Cælum, non discedere tamen à bea-
 tificâ cōtemplatione vultus Dei, qui
 vbiq; praesens est: *Mittuntur & assi-*
stunt, quia per hoc quod circumscripti Greg in
sunt, exeunt, & per hoc quod intus e. 3 Job.

*Prou 25.
 Hier. ibi.*

*Angeli
 tæcisi cæ-
 lum dese-
 rant, vi-
 dent ni-
 bilominus*

Deum

Greg in

e. 3 Job.

quoque presentes sunt, nunquam recedunt: & faciem ergo Patris semper videt & tamen ad nos venit, quia & ad nos spirituali presentia semper exiit, & tamen ibi se unde recesserat, per internam contemplationem servat. Hinc occasione sumit D. Bern. explicando qua-

*Ber. sup.
Psal. Qui
habitat.*

les sint hae viae Angeli nunc ascendentis nunc descendentis, Exclamandi:

Audes illo presente facere, quod videte me non auderes? quasi diceret: descendit de coelo Angelus, ut compariatur tibi & opem ferat: & tu non metuis in presentia ipsius illud agere, quod agredi timuisses in conspectu vilissimi hominis? Aduerte o homo,

*Er. sup. 1.
Cap. 106.*

inquit S. Greg. Angelum descendere aliquando deorsum non pro compassione, sed ut de impudentia tua vindictam sumat, atque ita interpretatur locum Genesis, *Venite, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, &c.* Ascendunt Angeli, inquit ille, in eo quod Creatorem conspiciunt; descendunt Angeli in eo, quod Creaturam se se in illicitis erigentem examine distractionis premunt.

CAP.